



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclvsio LXXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN
præfiguratu, uel certe apostolus sit dignus fide, ubi dicit, oportet
hæreses esse, at nos, nequaquam, sed oportet cōburi hæreticos, ac sic
radicē cum fructibus, imo zizania cum tritico euellere. Quid hic
dicimus, nisi quod cum lachrymis domino dicimus, Iustus es
domine, & rectum iudiciū tuū: quid em̄ aliud meremur? Atq;
hæc ideo quoq; cōmemoro, ne Pighardi nostri uicini, hæretici,
infelix populus, q; scetore Romano gaudet, sicut Pharisæus su-
per publicanū, non aut̄ compatitur, ne inquā, illi nos crederent
nescire uitia, & labes nostras, & immenstem aduersus nostrā mi-
seriā supbirent, si nos ista tacere & approbare uideremur. Scim⁹
heu nostrū casum, & dolemus, non aut̄ sicut hæretici fugimus,
& semiuiuū transimus, tanq; alienis peccatis pollui timeremus.
Quo furioso timore illi sic timent, ut non pudeant gloriari, se se
ideo fugere ne polluantur. Tanta est charitas. Nos uero quo mi-
serius laborat ecclesia, eo fidelius assistimus & accurrimus, flen-
do, orando, monendo, obsecrando. Sic enim charitas iubet, al-
terū alterius onera portare, nō sicut hæreticorum charitas facit,
quę solum cōmoda quærerit alterius, ut potius portetur, & nihil
molesti sustineat a peccatis aliorum. Quo modo, si Christus uo-
luisset facere & sancti eius, quis fuisset saluus factus?

C O N C L V S I O L X X X I.

Facit hæc licentiosa ueniarū prædicatio, ut nec reuerens
tiam Pape, facile sit etiam doctis uiris redimere a calumnijs
aut certe argutis quæstionibus laicorum.

ET si amici mei, me hæreticum, impium, blasphemum, iam
multis diebus clament, quod ecclesiam Christi, & scripturas san-
ctas, non teneam catholico sensu. Ego tamen fretus conscientia
mea, credo eos falli, me uero diligere ecclesiam Christi, & deco-
rem eius. Qui aut̄ me iudicat, dominus est, licet nihil mihi con-
scius sim. Et ideo istas positioes om̄es, coegit me ponere, quod
uiderem alias falsis opinionibus infici, alias per tabernas ridere
& sanctum sacerdotiu ecclesiæ, manifesto ludibrio habere, occa-
siōe tam effusæ licetiæ prædicandarū ueniarū, Non erat vulgus
laicorum, ampliore occasiōe, in odia sacerdotum excitandum
quod iam a multis annis propter auaritiā & pessimos mores,
nōbis offensum (heu solo timore pœnæ) honorat sacerdotium